



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

68. Dei bonitas confilium pessimum in eius auth. conuertens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

expostulaturum : quare quicquid illi aut à se ablatum fuerat , aut à suis , diligentissimè collectum ei restituit ; triginta homines ad iter commodum , & equos octo attribuit , Eunuchis duobus sibi fidis patitèrque scelēstis credidit honoris specie deducendum , re ipsa prodendum ; sed flagitiosa Spadorum consilia Deus in sententiam Riccij deflexit . Iamque hic multum in via promouerat , cum grandi suo danno erratum à se Mathanus aduertit ; cui ut occurreret , seruum iubet citatissimo cursu Ricciū assequi , & cistam librorum ab eo recipi , vel si res posceret extorqueri . Lex erat ut diximus , sed annorum retro longinquitate desueta , ut Mathematicis nemo operam daret , præter duo Collegia Regis nomine sumptuque instituta ; qua lege bellis ciuilibus , seditionibus populorum , & Regum saluti cauebatur , quod Genethliaci promissores de astrorum fato , in postremum discrimen sèpè omnia coniecissent . Cartas Riccij revoluens Mathanus , & Geometricas figuræ arbitratus esse Astrologorum iudiciarias , caplam iis implerat , & hisco seruandam comiserat cum donis Regi destinatis ; sed hac iniustam Epigraphe , [Mathanus Eunuchus vestigium redemptor Regalium , inter Extranei facinas Matthiæ Riccij nomine , magnam hanc inuenit librorum copiam , lege vetitorum , proin à se in fiducia redactam ; seruetur interea , quoad reum dato ad Regem libello accuset] putrat latro scelerosus se Riccij gulam hoc laqueo stringere , si quid contra se tentasset apud Regem matire , habereque se in promptu vnde illam damnaret . Sed enim Deo Spadonis perfidiam mirabiliter dispensante , cura pueri data est literas nescienti , ut restitueret Riccio quæcumque illius fuerant ; nihil moratus puer exceptione in epigraphes quam legere non norat , librum caplā cum reliquis nullo discrimine illi tradit : competit serius errore Spado nequissimus , præceptas sibi de manibus probationes perdendi Riccij ; & Riccio traditum cruenti sui in illum odij testimoniū euidens , timore ac rabie amens eundem famulum ire præcipitem & libros referre minis horrendis adegerat ; qui de barbarie Mathani ceteris ; de Riccio & libris dubius , vitam maluit tuto fugæ committe re , quam tanto periculo , Spadoni parete . Sic libris instructus Riccius perioso vñsi futuris , fauente celo roties vocatam , roties suspiraram Pechinum attigit , sub anni Sinenis exitum , qui tunc in diem vigesimum quartum Ianuarij nostri . & anni 1601 . incidit . Exceptus palatio ad urbis pomœrium in diem posterum ingressum distulit ; dum regia monera recensentur , digerunturque solenni pompa in regiam de more portanda . Nunc ergo Riccius Pechini pedem cum gradu stabili fixerit , stationem in ea perpetuam locaturus , eamque aliarum firmamentum & capit quas eo in regno Societas obtinet ; hic ego vel pro historici munere , vel contentionis historiæ laxamento , Pechinum quid sit breuiter narrabo .

Ac nominis quidem gerinæ syllabæ Po , & Chi , apud Sinas , aulam fo-
nant Septemtrionalem ; ut Nanchin Australem . Nanchino enim Pechinum

^{68.}
Dei bonitas
consilium
peccatum in
eius auct.
conuertens.

^{69.}

Pechin quid
sign.

C c 2